



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Neustift Seu Noua Cella, Monasterivm Praemonstraten. Ordinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

allata grassaretur *Neuburgi*, successit cum Conuentu suo *Daugingiacum*, quod oppidum Palatinorum est supra *Donauverdam* ad *Danubium* situm, *Alberti Magni* Philosophi, ac tandem Episcopi *Ratisbonen.* natalis solium: ibi delituit, donec vrgentib. reb. *Schrobenhusiu* (aliud id oppidum *Bauaricu* est, medio ferè itinere inter *Ingolstadtü* & *Augustã Vindelicã* situm) concedere cogeretur: vbi ex hac mortali vita deceiuit, in die *S. Ceciliae* an. 1546. sepelitur in Coenobio *Scheurense*, &c.

\*Hundin.

XIX. Dn. MAGDALENA *Hyntina* de *Lautterbach*, *Bauara*, & genere & virtute nobilis: eligitur in Abbatissam *Neuburgensem* an. Dñi 1547. ipsa die *S. Pannonij*. Præsides feliciter ac laudabiliter hoc adhuc corrente anno Christianorum 1551. que & hæc hætenus dicta, & sequēs illud foundationis suæ Diploma ab *Henrico* Imperatore (cuius manibus, scriptum originale ipsa mihi etiã ostendit) datum, clementer ad huius Monastici operis exedificationem communicauit: cui te lector optime debere memineris, si quid inde voluptatis perceperis.

**W**ir Ludwig von Gottes Gnaden Pfälzensgrau bey Rhein Herzoge in Nidern vnd Obern Bayern etc. Bekennen mit dem brief öffentlich vnd allen / den er fürkombt / das für vns forren sind die würdig vnd andächtigen vnser lieb getreue die Abtissin vnd das Conuent vnser Losfers zu Neuburg S. Benedicten Ordens vnd haben vns fürbracht solch jr freyheit gnad / gab vnd briue so si von vnsern vordern Fürsten des löblichen hauß von Bayern löblich gedechenuß bis an vns erlanget habe vñ vns darauff mit demütiger bete angeruffet in solch jr freyhait gnad vnd brieff auch gnediglich zubestäten / des haben wir angesehen zimlichait jrer bete wann wir vnsern liebe Vorderen seligen in allen redlichen guten sachen nit vnbillichen nachvolgen sullen vñ nemblich den mer die vns justen vñnd zu dem Dienste Gottes begeben sein vnd darinnen sich ernstlich erzeigen dann andern mit Gnaden wol geneigt sein vnd haben in darumb all vnd yed jr Freyhait / Gnad / Gab / Bestattung vnd Brieff vnserer Vordern vorgemelt auch jr als herkommen vnd gut Gewonheit als sy bis an vns genossen vnd herbracht haben gnadlichen verneuert / bekräftigt / bestätet vnd Confirmirt, verneuet vnd bestäeten in auch die all vñ yeglichen sametlich vnd sunderlich mit guter wissen vnd in krafft des Brieffs in massen vnd forme als ob solch Brieff von wort zu wort hieinnen verleibet vnd geschriben weren / wollen sy auch gnediglich dabey händ haben schutzen vnd schermen vngewertlich alle vñ heden vnsern Dignumen / Räten / Hauptleuten / Pflegern / Känimeistern / Jagermaistern / Richtern / Scherzen / Seeten / vnd Märkten / Edlen vnd nit Edlen vñnd allen andern vnsern Bndertanen vnd Getreuen samentlich vnd sunderlich ernstlich gebiet vnd gegenwärtig vnd künfftig das jr das benant *Goghans / Abtissin* vñnd Consente jr Leib vñnd Gut vnd die jr ew lasset gunstlich beuolht sein sund er sy bey solchen jren Gnade / gabe / Freyhait / Brieff vnd bey der vnser bestätetig auch bey alien herkhom vñnd guter gewonhaiten vngewertlich beliben lasset vnd in kainen tranck daran tut noch jemanz zutun gestattet als lieb ew sey vnser Digenad vnd swäre straffe zu vermeiden / des zu verkhunde vnd ewige zeuchnus geben wir in den Brieff mit vnsern anhangenden Insigel besigeltten zu *Neuburg* an *Sambstag* nach dem heiligen *Auffartag* nach *Christi Geburt* *XIII.* vñnd in ains vng sunftigisten Jaren.

Litera Dn. cis Ludom. ci.

NEUSTIFT SEU NOVA CELLA MONASTERIUM  
PRÆMONSTRATEN. ORDINIS.

HEINRICVS Dux *Bauariae* & *Austriae*, Otto frater eius Episcopus *Frisingensis*, ac *Chronographus*, in *superiori Bauaria*, de integro ædificant extra *mœnia Frisingen*. In ipsa *llara* & *Mosæ* confluentia, *Monast. pro Præmonstratis*, dictum

dictum Neustift, in honore SS. Petri & Pauli, Apostolorum, Anno 1141. Habuerunt hi duo fundatores fratrem Conradum, Archiepiscopum Salisburgensem, huius foundationis coadiutorem.

CVBANT in huius Cœnobij templo S. Martinus Scorus Episcopus, & S. Teclanus Diaconus ipsius, peregrinatores religionis ergò, qui Frisingæ mortui huius loci terræ mandati sunt.

DOMINATIVS Eberstorff infra Anassum pertinet ad hoc Monasterium, datum proculdubio à primis fundatoribus, nempe Marchionibus, pòst Ducibus Austriae.

DE Præpositis huius Monasterij, vide Bruschium, de Monasteriis Germaniæ. Extat in porticu templi huius Monasterij de fundatione eius rythmus germanicus, sed propter ignorantiam historiarum aliquoties errat autor illius: Primò quòd Henricus quartus Imperator dicitur Ottonis Episcopi fundatoris Auius paternus &c. cum fuerit Auius maternus; Secundò quòd Fridericus primus Imperator dicitur fuisse ipsius Ottonis Episcopi fratris filius, cum fuerit frater ipsius uerinus scilicet; terciò ponitur Pater Ottonis Henricus &c. qui fuit sanctus Leopoldus Marchio &c. Itè quod ibi de filiabus S. Leopoldi ponitur, longè aliter seres habet, ut hoc ex omnibus historiis manifestum & indubitatum est, præsertim apud Ioan Cuspinianum in sua Austria, in vita S. Leopoldi, quem uide: Volui lectorem illius rythmi obiter admonere, ne cum autore illius errer.

#### ADDITIONES.

**A**NNO Domini M.C.XLI. Fundata est Ecclesia *Noua Cella* Frisingæ, à Venerabili patre Dñ. *Ottone Frisingen.* Ecclesiæ Episcopo, nobili progenie: erat enim nepos ex filia *Henrici IV.* Imperatoris: Sororius *Henrici V.* frater uerinus *Friderici* Imp. magni: patre *Leopoldo* Marchione, matre *Agnete.* Cætera uideantur apud Dn. *Hundium*; qui errorem de sororib. *Ottonis* Episcopi rectè notat.

De hoc ipso Episcopo plura obseruatione digna habentur supra pag. 107. & pag. 153.

In Monasterio S. *Petri Noua Cella* propè *Frisingam* duorum quiescunt corpora sanctorum, Marini scilicet Episcopi ex Scoria, & Teclani Sacerdotis, eius facellani; qui Frisingam peregrinationis & deuotionis causa uenientes, ibidem mortui, hic in eadem tumba iacent sepulti. De quorum uitæ sanctitate & gestis nihil aliud nobis constat, præter ea, quæ in tabella quadam anno 1483. depicta uisuntur. Reliqua temporum iniuriâ, & binâ Monasterij conflagratione perierunt: ita ut nec dies, nec annus certo sciantur. Ad quorum tumulum maiorem olim uenerationis causa aduenientium fuisse concursum, anathemata. Crebrius tum atq; iam allata testantur documenta, Eorundem comemoratio ipsis calendis Decembris recolitur.

In filiali quadam Ecclesia Monasterio unita, D. *Michaeli* sacra, vulgò in *Dintzenhausen*, habetur etiam sepultura cuiusdam sancti, nomine *Eberhard*, qui, ut eius fert effigies, pecudum pastor in eo pago fuisse dicitur. Eiusdem sepulchrû ferè in dies adhuc frequentatur, cum à vicinis, tum etiam à longè distantibus, terraque ex tumulo tanto studio eruitur, & domibus, ac pecorum stabulis importatur, iumentisque contra uenenatas ac contagiosas læsiones applicatur, ut hoc ipsum non paruum miraculum censerî possit, quod tam continuæ effossi- oni tumuli angustia sufficiat. Quia uero sanctus ille mulrò ante, quam ab Episcopo quodam *Frisingensi* Ecclesia illa Monasterio donata est, (ut ex Apostolicis quibusdam Bullis Ecclesiam illam concernentibus, in quibus & ipse Sanctus uocatur, conici potest) ad cælestia migravit, idcirco nec dies obitus, nec annus nobis

Ex Tra-  
di L.

primi.

Tom. I.

ubi supra  
Hud. Mar-  
tini sed  
error est  
Typogra-  
ph.

nobis constat: celebrior tamen circa festum *Michaëlis* eius veneratio & memoria habetur.

## Catalogus Præpositorum.

- I. Anno salutis 1141, primus Præpositus HERMANNVS præfuit annos 40.
- II. ENGELSCHALCVS præf. an. 12.
- III. ALTMANNVS an. 17.
- IV. HARTMANNVS an. 4.
- V. GOTZWINVS an. 7.
- VI. HENRICVS præfuit an. 9.
- VII. ALBERTVS an. 13.
- VIII. GVMPOLDVS an. præf. 2.
- IX. CONRADVS elig. an. 1253. præf. an. 14.
- X. VLRICVS præfuit an. 28. cum dimidio.
- XI. VLRICVS, an. 3.
- XII. GREIMOLDVS, an. 2.
- XIII. ARNOLDVS, præf. an. 19.
- XIV. HENRICVS præf. an. 2. cum dimidio.
- XV. CONRADVS præf. an. 1.
- XVI. HERMANNVS an. 10.
- XVII. CONRADVS an. 1. cum dimidio.
- XVIII. LVDWICVS præf. an. 5.
- XIX. HEINRICVS an. 2.
- XX. HENRICVS an. 4.
- XXI. FRIDERICVS præf. an. 12. cum dimidio.
- XXII. MATTHÆVS an. 18.
- XXIII. ALBERTVS an. 12.
- XXIV. GVNDACKERVS an. 11. cum dimidio.
- XXV. STPHANVS elig. an. 1388. præf. an. 22.
- XXVI. VLRICVS *VVeifs.* an. 15.
- XXVII. VLRICVS *Holmas* præf. ann. 28. hebdom. 16.
- XXVIII. IOANNES *Schmidhofer* præf. an. 30.
- XXIX. CONRADVS *Aigelshamer* præfuit. annos 20. cum dimidio.
- XXX. IOANNES *Pixenmeister* 12. an. 10. hebd.
- XXXI. CONRADVS *Attinger* præf. an. 7. cum dimidio.
- XXXII. STEPHANVS *Thaimer* præfuit annis 47. minus 5. septim. & vno die.
- XXXIII. PETRVS *Phan* præf. 13. an.
- XXXIV. MATTHÆVS *Schvvaiger*, an. 3.
- XXXV. PAVLVS *Dôler*, an. 16.
- XXXVI. IACOBVS *Küttel* præf. an. 1. cum dimidio & resignavit.
- XXXVII. PETRVS *Schlaich* an. 10. minus duobus mensibus.
- XXXVIII. IOANNES *Dollinger*. eligitur anno 1605, die die 28. Aprilis, præfuit ann. 12.
- XXXIX. IOANNES *Baptista Textor*. hoc ipso tempore laudabiliter præfuit: Deus Opt. Max: piis eius conatibus fauceat, vitamque prolonget.